




TRACTATUS

IN FORENSI ACTIONE
vtilis, de excusandis paren-
tibus à publicis muneri-
bus obnumerum
liberorum.

*D. Ferdinando Paez
Olisiponensi authore.*

Olisipone.
Ex officina Ioannis Blauij
Typographi Regij.
Anno à Christo
nato.

1559.



ILLVSTRIA C

REVERENDISSIMO D. RODERICO
Gomez. Pinario Portugalensis eccle-
się antistiti, & Olisiponensis Sena-
tus p̄sidi vigilantissimo Ferdi-
nandus Paez Pontificij
Iuris Doctor.

S. P. D.



VM PAV. COS ANTE
dies è Conimbricēsi Academia
(reita exigente) discederem, me:
cumq; fortunas meas (supelle-
ctilem intelligo litterariã) affer-
rem, constitui, ne studia nostra alijs impedita
negotijs, intermissa scolarum dissuetudine re-
mitteretur. Iuris aliquor quæstiones aut ab in-
terpretibus omnino neglectas, aut (quod est
frequentius) negligenter discussas, maturius
interim pertractare. Habet enim hæc studio-
rum ratio maiorem vtilitatem, cum petat inde
fessam locorum inquisitionem, ordinem per-
spicuum, rerum examē quoad fieri possit exa-
ctissimū. Obtulit verò se se mihi has rationes
supputanti, cum primis illa quæstio de immu-
nitate parentibus propter liberos cōcedenda,
quæ (nisi ego magnopere fallor) non est tam

✠ ij facilis,

Utrum Numerus Liberorum excuset Pa-

trēm à muneribus publicis, Receptorum, vel Tutorum, & qualiter.



IEST NOMEN QUOD EST super omne nomē humiliter imploro, Sacratissimæq; Virginis fauorem: vt proposita quæstio feliciter absoluator.

Quæstio ista adeo frequens est, & in forensi actione agitata, vt opere præcium facturū existimarim, si omnia requisita iuri, & praxi consona in hac materia breuiter, & resolutè ostēdero.

Quæ omnia vt clarius intelligantur, succinctè præmittendum est, quodnam sit officium Receptorum, deinde quid sit munus publicū, & quotupliciter accipiatur, omisso tutoris munere omnibus satis noto.

Officiū[†] igitur Receptorum, de quo agit totus titulus de susceptoribus lib. 10. tale est: (omissa officialiū varia diuisione, qui olim fiscales pecunias curabant, de qua latè per Cassaneum in Catalogo gloriæ mundi sexta parte, cōsidera. 17.) hodie in qualibet prouincia, ciuitate, vel loco præcipuo sunt Thesaurarij, quos

A

vulgò